

PH. vicissim partis tuās acturus est. *AN.* quas? *PH.* 835
ut fugitet patrem.

te suās rogavit rursus ut ageres, causam ut pro se diceres;
nam potaturus est apud me. ego me ire senibus Sunium
10 dicam ad mercatum, ancillulam emptum dudum quam dixit
Geta:

ne quom hic non videant me conficere credant argentum
suom.

sed ostium concrepuit abs te. *AN.* vidē quis egreditur. 840
PH. Getast.

GE. O Fortuna, o Fors Fortuna, quantis commoditatibus,
quam subito meo ero Antiphoni ope vostra hunc onerastis
diem!

AN. quidnam hic sibi volt? *GE.* nosque amicos ei(u)s
exonerastis metu!

sed ego nunc mihi cesso qui non umerum hunc onero
pallio

5 atque hominem propero invenire, ut haec quae contigerint 845
sciat.

AN. num tu intellegi' quid hīc narret? *PH.* num tu?

AN. nil. *PH.* tantundem ego.

GE. ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. *AN.*
heus Geta! *GE.* em tibi:

num mirum aut novomst revocari, cursum quom institeris?

AN. Geta.